

XXXVI.

Post verba nos exercebimus in addendis sententiis; & initio quidem in illis, quæ eadem repetunt, v. g. *inter arma silent leges: neque ratio vlla habetur iustitiæ, vbi militum fauorum licentia undique grassatur.* Deinde præmittemus sententiam aliquid noui addentem: *nimis quam vere ab auctore, nescio, quo dictum est: inter arma silent leges.* Nunc sententiam quamdam sententiæ alteri inferemus: *inter arma (hæc enim omnis licentiæ frena laxant) leges silere necesse est.* Iam sententiam contrariam ab hoc pronunciato remouebimus: *inter arma silent leges, nec, nisi pax aurea, iustitiæ nobis fructus indulget.*

*Sententias addit amplifi-
catio.*

XXXVII.

Argumenta illa, quæ sententiis inferuntur, sunt vel *docentia*, * vel *com- mouentia*, ** vel *conciliantia*. ***

* *Docentia* argumenta sunt, quæ reni probant, vel illustrant. Argumenta ab exemplo, contrario ac simili petita vocantur *illustrantia*; sed non vno eodemque semper funguntur munere. quando enim e diuinarum veritatum fonte deriuantur, ob diuinam, quam præ se ferunt, inspirationem, probandi vim rebus inferunt maximam. Pari se modo habet argumentum a contrario deductum, quod illustrantibus minus recte

*Argumenta quæ addit amplifi-
catio, sunt triplicis generis.*

H

ad-